



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Quibus gradibus ad salutem ascendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

QUE OBSERVANDA SINT
in confessione.

psalm. 31.

OBSERVANDVM est, quod Dauid dicit in psalmis: Dixi, Confitebor aduersum me iniustiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Primò, dum dicit, dixi, demonstrat verum & firmum confitendi propositum.
2. Cùm dicit, *Confitebor*, indicat debere nos confiteri, non garrisce, non ridere, non ludere.

3. Cùm dicit, *Domino*, declarat confessuros adire debere non tanquā ad hominem, sed tanquā ad Deum, & ideò nō verecūdari quodcūq; patefacere peccatum, cùm nullus lateat Deum.

4. Dum dicit, *iniustiam meam*, indicat maliē facere, qui se laudant, & dicunt non sum furatus, non adulteratus & alia similia.

5. Cùm dicit, *aduersum me*, indicat nihil mali esse dicendum de alijs in confessione.

DE GRADIBVS AD SALV-
TEM.

PRIMVS gradus est. Agnitio peccati, considerando peccata præterita, & fœditatem corundem commissoriū peti

per corpus, quod debebat esse vas sanitatis. Secundò, agnoscere, quid per peccata proserueris, nempe pœnas inferni. Tertiò, quid amiseris, nempe bona cœlestia.

Secundus gradus.

Pœnitentia, vel dolor de peccatis, cum proposito mortificandi carnem, & non amplius peccandi.

Tertius gradus.

Primò, intensus dolor de peccatis commissis, & quod ijs offendit sit Deus Creator, cuius legibus patet cœlum, terra, mare, & quicquid est: tu vero solus rebellis fuisti Deo, & sancta eius decreta respuisti,

2. Maior dolor, quod offendit tuum Creatorem & Patrem, & qualem Patrem? Qui tibi largitur terræ fecunditatem, fructuum copiam, & gubernavit semper te, & adhuc gubernat.

3. Adiunge grauissimum dolorem, qui animam tuā transuerberet, eò, quod tantum benefactorem tuum contempseris, qui acerbissimos in cruce dolores sustinuit, netu sustineres cruciatus inferni.

Quartus gradus.

Confessio, quæ debet esse pura, non mixta alijs narrationibus, integra, sine

K 4 DIA-

200 DE FREVENT.
prætermissione ullius peccati: humiliſ:
ut quod ore dicitur, int̄ mē in corde ſe-
tiatur.

Quintus gradus.

Castigatio carnis, quæ cum facultate
Confessari fieri debet, ad effugientiam
vanam gloriam. Deinde occulte, ut ſai-
stra netciat, quid faciat dextra. Tertiō
discretē, quoad feret valetudo & infi-
mitas corporis.

Sextus gradus.

Correctio operum, & primò Lingue
ne loquatur de rebus malis. Secundò
motuum sensualitatis, illos refrenan-
do. Tertiō malorū hominum, corripi-
do illos, nec tolerando, vt in conspectu
tue iustitia opprimatur.

Septimus gradus.

Perseuerantia in bono: quam confe-
quere, si perpendas præmiorū æquac-
suppliciorum aeternitatem, si primitias
spiritus, aliaq; dona à Deo tibi donata.

QVÆNAM AVOCENT HO-
minem à Confessione.

PRIMO, Pudor in patefaciēdis pec-
catis. Cui opponi debet: Confefla-
rium locum tenere Dei, cui omnia ſunt
nota: & quod in die Iudicij omnia pa-
tefient,

II. Ti-